BIBL. DE L'UNIVERSITÉ

OBLONGS
32

THÈSES
ANCIENNES
DU
XVIIᴱ SIÈCLE
1

THESES ANCIENNES

Exemplaires coupés, sans les gravures.

(270 thèses en 2 v.obl.)

--ooOOoo--

	Discipline:	Soutenue le:	Volume:	N°:
ALESME (Jean d')...............	Philosophie	...Juin 1639	I	2
ARNOUX (F.Martial)............	Théologie	31 août 1669	I	3
ASSELINE (Jean)...............	Philosophie	6 août 1661	I	4
AUBERT (Jean).................	Philosophie	18 août 1652	I	5
AUBERT (Jean).................	Théologie	3 juill.1660	I	6
AUGET (Paul)..................	Théologie	29 janv.1656	I	7
AUMONT (Léonard)..............	Philosophie	28 juil.1658	I	8
BACHELIER REMUS(Nicolas)......	Théologie	4 [févr.] 1662	I	9
BARIN DE LA GALISSONNIERE (Henri-Louis)..............	Théologie	26 août 165..	I	11
BARRÉ (Charles)...............	Philosophie	22 [juil] 1666	I	12
BASTONNEAU (Robert)...........	Théologie	[8 févr] 1652	I	13
BAUDO (Pierre)................	Théologie	...mars 1666	I	14
BAUDRAND (Henri)..............	Théologie	28 mai 1664	I	15 ,et
			I	15bis.
BEAUVEAU LE RIVAU (Pierre-François de)...............	Théologie	10 juill.1659	I	16 ,et
			I	16bis.
BEGON (Scipion)...............	Théologie	[6 déc.] 1669	I	17
BELLOCIER (Charles)...........	Philosophie	4 août 1668	I	18
BERNIER (Charles).............	Théologie	24 mai 1662	I	19
BERRUYER (Simon)..............	Philosophie	19 juil.1662	I	20
BERTRAND DE LA PÉROUSE(François de)....................	Philosophie	?	I	21
BILLET (Nicolas)..............	Théologie	22 mars 1670	I	22
BINARD (Pierre)...............	Théologie	30 Juil.1669	I	23
BLAKE (Fr.Henri)..............	Théologie	[23] fév.1631	I	24 ,et
			I	24bis.
BLOVET DE CAMILLY(Pierre-François)......................	Théologie	17 nov.1661	I	25
BLOVET DE THAN (Jean).........	Théologie	9 août 1652	I	26
BOETELLE (Adrien).............	Thèsesophie	17 août 1653	I	27
BOISCOURION(Anianus de).......	Philosophie	14 avr. 1666	I	28
BOLLIOUD (Jean)...............	Théologie	24 mai 1669	I	29
BONNET (Jacques-Florent)......	Philosophie	5 juill.1665	I	30
BOUCHER (Joseph)..........	Théologie	[4] janv.1663	I	31
BOUCHER (Joseph)..........	Droit canon	3 décem.1663	I	32
BOUCHERON (François)......	Théologie	13 janv.1662	I	33
BOUILLON (Emmanuel-Théodose de La Tour d'Auvergne, duc d'Albret, Cal de).....	Philosophie	16 août 1660	I	1
BOUQUIN (Robert)..........	Théologie	...déc. 1664	I	34
BOURGEOIS (François)......	Théologie	6 févr. 1655	I	35
BOURREE DE REVEILLON (Jacques)..	Théologie	30 avr. 1663	I	36
BOVIAC (François).........	Théologie	8 octob.1661	I	37
BRAGELONGNE (Pierre de)...	Philosophie	31 juil.1661	I	38 ,et
			I	38bis.
BRIDIEU LINIERES(Roger-Antoine de)	Théologie	19 avr. 1655	I	39
BRINDEAU (Pierre).........	Théologie	15 févr.1656	I	40
BRINDEAU (Pierre).........	Théologie	24 oct. 1661	I	41 ,et
			I	41bis.
BRUNO (F.Didier)..........	Philosophie	13 juil.1670	I	42
BURNEL (Guillaume)........	Théologie	23 janv.1662	I	43
BURTIO (Etienne de).......	Théologie	...mars 1662	I	44 ,et
			I	44bis.
BUTILIER (Edouard)........	Philosophie	2 août 1665	I	45
CAMUS DE BAIGNOLZ (Carolus)	Théologie	11 févr.1654	I	10
CAMUSAT (Pierre)..........	Théologie	[5 mai] 1649	I	46
CAMUSET (Louis-Jean)......	Philosophie	16 juil.1662	I	47
CAMUSET (Pierre)..........	Philosophie	13 août 1662	I	48
CAMUSET (Pierre)..........	Théologie	3 juill.1669	I	49
CANAYE (Charles)..........	Philosophie	10 août 1656	I	50
CARDONVILLE (F.Charles de)	Théologie	3 juill.1662	I	51
CASTEL (François Perrard)	Philosophie	25 juin 1668	I	52
CATINAT (Clement).........	Théologie	3 juill.1663	I	53
CAVELIER (Antoine)........	Philosophie	6 juill.1659	I	54
CAVOYE (Pierre de)........	Philosophie	28 juin 1663	I	55
CERMOISE (Paul)...........	Théologie	26 janvier 1664	I	56
CHAPELLAIN (César)........	Théologie	6 févr. 1662	I	57
CHARDON (Jean)............	Philosophie	24 juil.1670	I	58
CHARPANTIER (Nicolas).....	Théologie	26 juil.1663	I	59
CHARTON (Médéric).........	Philosophie	17 oct. 1662	I	60
CHARTRAIRE (Germain)......	Théologie	[12] jan.1662	I	61
CHEMINEAU DE MARCAYS (François)......	Philosophie	10 juil.1661	I	62
CHEON (Pontius)...........	Droit canon	30 août 1658	I	63 ,et
			I	63bis.
CHESNEL (Louis)...........	Théologie	27 oct. 1662	I	64 ,et
			I	64bis.
CHOMEL (Claude)...........	Philosophie	[30] août 1654	I	65 ;et
			I	65bis.
CLEMENT (Claude)..........	Théologie	[27] août 1664	I	66
CLEMENT (Claude)..........	Théologie	10 déc. 1665	I	67
CLERMONT-TONNERRE DE CRUSY (Antoine-Benoît)........	Philosophie	6 août 1662	I	68

1158445544

COLMAN (Daniel)...........	Droit	20 mars 1666	I	69 ,et
			I	69bis.
COMMINGE (Pierre)..........	Philosophie	10 juil.1661	I	70
COMPAIN (Adrien)...........	Théologie	4 juill.1669	I	71
CONSTABLE (Guillaume-Edmond de).	Philosophie	13 juil.1669	I	72
COTTY (F.François).........	Philosophie	13 août 1662	I	73 ,et
			I	73bis.
COUREAU DE PRESSIAT (René)..	Théologie	31 janv.1662	I	74
COURTOT (F.François).......	Théologie	21 janv.1662	I	75
COUSIN (Nicolas)...........	Théologie	6 juill.1669	I	76
COUSIN (Nicolas)...........	Droit canon	4 décem.1669	I	77
CRAMOISY (Jean)............	Théologie	16 juin 1656	I	78
DACLIN (Charles-Larent)....	Théologie	6 août 1669	I	79
DALY (Thaddée).............	Philosophie	27 juin 1666	I	80
DATON (Guillaume)..........	Philosophie	24 août 1664	I	81
DEHAUS (Jacques)...........	Philosophie	8 septe.1658	I	82
DELAMET (Léonard)..........	Théologie	26 juin 1655	I	83
DELATTRE (Alexandre).......	Théologie	4 janv. 1653	I	84
DELECEY (Gabriel)..........	Théologie	22 août 1669	I	85
DEMORGUES (Joseph-Scipion).	Droit canon	23 avr. 1665	I	86
DEMOUHERS DE LA GRANGE (Jean)...	Philosophie	6 août 1662	I	87
DESCAULES (Louis)..........	Philosophie	29 juin 1665	I	89 ,et
			I	89bis.
DES HAYS DU FOSSARD (Louis).	Philosophie	25 juil.1662	I	88 ,et
			I	88bis.
DESPINAY DE SAINCT LUC (Louis).	Philosophie	29 août 1666	I	90
DEVOUGES (Claude)..........	Théologie	/11/ fév.1653	I	91
DIROYS (François)..........	Droit canon	12 févr.1665	I	92
DROUARD DES MARESTS (François).	Théologie	/11/ jan.1662	I	93
DROYNET (F.Charles) et GAZON (Simon).............	Théologie	../avr/ 1657	I	94
DU FOUR (Pierre)...........	Théologie	26 nov. 1665	I	95
DUFOS (Pierre).............	Philosophie	20 août 1662	I	97
DU MESNIL POTTIER (Charles).	Philosophie	16 juil.1662	I	96
ESCOURAILLE (Francis d')...	Théologie	6 mars 1662	I	98
ESMERY (Pierre)............	Philosophie	25 août 1659	I	99
FAUVEL (André).............	Philosophie	10 août 1652	I	100
FERON (Nicolas)............	Philosophie	17 juil.1667	I	101
FERRARD (Philippe).........	Théologie	7 sept. 1669	I	102
FOIX (Henri-Charles).......	Philosophie	11 sept.1661	I	103,et)
			I	103bis)
			I	103ter)
FORCEDEBRAS (Charles)......	Théologie	15 mai 1656	I	104,et)
			I	104 bis)
FOUCQUET (Yvon)............	Philosophie	25 juil.1646	I	105
GALLYOT (Charles)..........	Théologie	23 juil.1669	I	106
GARNIER (Antoine)..........	Philosophie	20 juin 1648	I	107
GERARD (Isaac-Anselme).....	Théologie	30 janv.1664	I	108
GIFFORD (Bonaventure)......	Théologie	26 janv.1672	I	109
GIRARD (F.Sébastien).......	Théologie	13 sept.1657	I	110
GOBERT (Michel)............	Philosophie	21 juil.1667	I	111

GODET (Pierre).............	Philosophie	25 juil.1660	I.	112 ,et
			I	112bis.
GODET DES MARAIS (Paul de)..	Philosophie	24 juin 1667	I	113
GONDOVIN (Raymond).........	Physique	16 août 1654	I	114
GORRÉ (Jacques)............	Philosophie	9 juill.1656	I	115
GOYET DE BECHEREL (François)	Théologie	4 décem.1657	I	116
GROYN (Germain)............	Théologie	/27/ fév.1662	I	117
GUENON (François)..........	Théologie	2 mai 1663	I	118
GUERIN (Etienne)...........	Théologie	17 juil.1654	I	119
GUIGNARD (André)...........	Théologie	14 nov. 1653	I	120
GUILOU (François)..........	Théologie	...janv.1655	I	121
GUILLOYRE (Louis)..........	Philosophie	10 août 1661	I	122
GUITONNEAU (Adrien)........	Philosophie	19 août 1659	I	123 ,et
			I	123bis.
HACTE (Nicolas)............	Philosophie	19 août 1659	I	124
HAMEAU (André).............	Théologie	15 nov. 1667	I	125
HAMON (Jean)...............	Médecine	 1645	I	126
HAMON (Jean)...............	Médecine	 1646	I	127 ,et
			I	127bis.
HARLE (Jean-Baptiste)......	Philosophie	1er août1661	I	128
HEDERMAN (Donat)...........	Philosophie	7 juin 1664	I	129 ,et
			I	129bis.
HENNEQUIN (François-Louis).	Philosophie	9 juill.1658	I	130 ,et
			I	130bis.
HOULLIER (Etienne).........	Philosophie	22 juil.1661	I	131
ILLIERS D'ENTRAGUES (Joseph d')..	Philosophie	26 juin /.?./	I	132
JAPPIN (Jean-François).....	Droit canon	19 févr.1661	I	133
JAPPIN (Jean-François).....	Théologie	16 nov. 1661	I	134
JARDE (Pierre).............	Théologie	9 juin 1662	I	135
JOLLAIN (Jean).............	Théologie	15 déc. 1662	I	136
JOLY (Melchior)............	Philosophie	16 août 1660	I	137
JOUVANCOURT (Nicolas)......	Philosophie	9 juill.1662	I	138 ,et)
			I	138bis)
			I	138ter)
JOUVIN (Jacques-François)..	Philosophie	28 janv.1663	I	139
JUIF (François)............	Théologie)	28 juin 1644	I	140
LABORIE (Jean).............	Théologie	23 oct. 1659	I	143,et)
			I	143bis)
			I	143ter)
LAFFEMAS (Laurent de)......	Théologie	?	I	144
LA HAYE (Laurent de).......	Théologie	24 nov. 1659	I	142
LAISNÉ (Jean)	Théologie	1er juin1669	I	145
LAMARTELIERE (François de).	Philosophie	2 août 1654	I	146 ,et
			I	146bis.
LAMY (Jean)................	Théologie	12 mai 1656	I	147
LAMY (Jean)................	Théologie	5 mai 1658	I	148 ,et
			I	148bis.
LANGAN DE BOISFEVRIER (Robert de)...	Philosophie	20 juil.1659	I	149
L'ANGLE (Nicolas de).......	Philosophie	10 août 1663	I	141
LANGLE (Robert de).........	Philosophie	2 juill.1662	I	151
LANGLEE (François).........	Philosophie	13 févr.1665	I	150

complementum. Vna perſona ... propriâ, nec natura creata aliâ compleri quam diuina: conuenientius fuit vt ſecunda S. T. perſona ſibi naturam vniret potius quam aliæ, debuit humanam potius quam Angelicam, ex ſtirpe Adam ortam potius quam alia via productam, in tempore ... pl-nitudine potius quam initio, aut fine aſſumere. Chriſtus corpus habuit terrenum non cœleſte, verum non phantaſticum, ex puriſſimo B. V. ſanguine formatum à Spiritu Sancto vera inſtructum anima rationali, quæ prius non fuit producta quam infunderetur, non prius aſſumpta quàm vniretur corpori, omnium gratiarum ſupellectile ditata, habituali, quâ ſanctificabatur, infinita quidem moraliter, ſed non Phyſicè, actuali qua ad exercendos actus ſupernaturales indigebat.

CHRISTVS virtutes morales & infuſas habuit quæ eius perſonam non dedecebant, acquiſitis non caruit, ſed fide & ſpe. In eo fuere, omnia ſcientiarum genera, beata videlicet, iuſuſa, acquiſita, experimentalis, beatâ Deum videt vt in ſe eſt non comprehendit, cognoſcit res poſſibiles ſed non omnes, eſt enim diſtincta à diuina qua intellectus creatus numquam cognoſcere potuit; Infuſa vtebatur ſine conuerſione ad phantaſmata, ea nouit res exiſtentes, futura contingentia, cogitationes cordium, vltimum iudicij diem. Defectus aſſumpſit humani corporis generales, non peccati fomitem, paſſibilis erat, liber ſimul & impeccabilis; non deformis vt quibuſdam placuit, eum iam habemus interceſſorem in cœlis qui pro nobis orauit in terris. Vt in Chriſto duæ ſunt naturæ, ita & voluntates diuina ſcilicet & humana, contrarium Monothelitæ ſuſtinuerunt, ideoque jure damnati à Synodo ſexta, cuius acta corrupta non fuere, in ea legimus damnatum Honorium, nec ſine fundamento, vt ex eius epiſtolis colligitur. Vere exercuit meritorios actus quos incepit ab inſtanti ſuæ conceptionis, in infantia continuauit, ac toto vitæ tempore ad mortem vſque incluſiue, iis meruit gloriam ſui corporis & exaltationem nominis, non animæ ſuæ beatitudinem, non dona gratiæ & ſcientiæ, non vnionem hypoſtaticam, cuius ad aliam naturam extenſionem promereri potuit, meruit nobis omnia dona quæ nomine gratiæ communiter intelliguntur, Angelis non modo aliquorum myſteriorum reuelationem, ſed etiam gratiam & gloriam, quippe caput erat hominum & Angelorum, fuit ſubjectus patri ratione humanitatis, ratione cuius Dei ſeruus vocari poteſt, fuit Sacerdos ſimul & hoſtia, Filius Dei naturalis non adoptiuus, hinc procul ſit Elipandus. Adoratione latriæ dignus erat Chriſtus etiam vt homo, quâ proinde colendus eſt, crux vera & Chriſti imagines ſimili cultu, ſed reſpectiuo coli debent, adoranda quoque eſt B. V. ſed ſolo hyperduliæ cultu, Angeli vero & Sancti, nec-non eorum imagines dulia ſunt honorandæ, quippe retinendus religioſus imaginum cultus in Eccleſia ſemper receptus, quem potiſſimum aduerſus Iconoclaſtas commendauit ſeptima Synodus, cui non contradicit Francofordienſis.

QVAM à Deo corporis & animæ perfectionem acceperat primus parens, eam præuaricatione ſibi ac nobis abſtulit, peccaſſe ergo clarius eſt tum ex ſcriptura, tum etiam ex inſpectis naturæ noſtræ miſeriis, quam vt à quoquam negari poſſit, vnde exiſtentiam peccati originalis probabiliter ſuaderi poſſe arbitror, nocuiſſe Adamo duntaxat eius peccatum pro viribus tuebantur Pelagiani, vel ad ſummum imitatione nos illius participes eſſe, at quam clare ipſis aduerſetur Apoſtolus, vel ex ſola textuum lectione innoteſcit, ex quibus clare euincitur dari peccatum originale, rationem proprie dictam peccati ſibi vindicans: ſed quam notior eſt hæc originalis noxa, tam ad intelligendum ſecretior, in hoc lubentius diſcerem quam docerem, quia tamen diſputando veritas eruitur, quod ſentio magis probabile, ſic profero ratio formalis peccati originalis ſita non eſt in concupiſcentiâ etiam cum reatu ſumptâ, ſiue ſit effrænitas appetitus, ſiue ſit aliqua qualitas morbida animam Vitians ac corpus, non ipſum Adami actuale peccatum, non priuatio ſubiectionis coniunctioniſque Deo, nec ab eodem auerſio habitualis, ſed carentia iuſtitiæ originalis debitæ; qui traductionem huius labis ex natura rei & Phyſicè poteſt mente attingere eam retineat, hactenus ego non ſum aſſecutus, ſtet ergo moralis. Eua duntaxat peccante filij iræ nati non eſſemus, Adamo contra, cuius peccatum mortale fuit & admodum graue, complectebatur ſuperbiam, infidelitatem, ac intemperantiam, eo non peccante ſi peccaſſent poſteri (quod fieri potuit) peccatum originale ad ſubſequentes non fuiſſet traductum. Pœna propter peccatum primi hominis inflicta, vel eſt æterna vel temporalis, prior ad minus fert excluſionem à viſione Dei, à qua alieni ſunt infantes non renati decedentes, aliqui eos in beatitudine naturali reponunt, ſed patribus repugnant, angi eos aliquo interno dolore puto potiſſimum ob amiſſam gloriam difficilius eſt ſtatuere num pœna ſenſus plectantur, ab ea immunes fore credo. Quam debebat incurrere ex conditione naturæ maculam originalem B. V. dono gratiæ in ſua conceptione non contraxit, hanc ergo totam pulchram non vereor prædicare, vt pote quam nec originalis, nec actualis peccati macula fœdauit.

FIDES quæ virtus eſt Theologica, & à Deo infuſa rectius vſurpatur pro aſſenſu intellectus, quam pro fiducia in Deum aut eius promiſſa, priori modo ſumpta eſt inſtar cauſæ reſpectu poſterioris acceptionis, hinc recte fidem definit Apoſtolus ſubſtantiam rerum ſperandarum, communiter vero dicitur habitus inclinans intellectum ad aſſentiendum rebus à Deo reuelatis propter eius auctoritatem. Eius obiectum materiale & præcipuum Deus eſt non adæquatum, ſed ens quodlibet à Deo reuelabile, conuenientiſſimum fuit fidem noſtram ad certos articulos redigere, vnde ſumma veneratione excipiendum eſt Apoſtolorum Symbolum, cuius vtilitas elucet, tum in diſcernenda Catholica doctrina, tum in inſtruendis fidelibus breui ac facili compendio: pro ſucceſſione temporum creuerunt articuli fidei ſecundum explicitam cognitionem, non autem ſecundum implicitam, nihil enim credimus, quod qui etiam Chriſtum præceſſerunt ante nos non crediderint, quod egregie explicat Sanctus Thomas, dum pronuntiat in iis quæ credebant maiores noſtri, quæ nos credimus contineri, poſſet nunc Eccleſia ſi neceſſe foret aliquid ſymbolo addere: præter propoſitionem rei reuelatæ & fidem infuſam in intellectu requiritur motiuum aliquod aſſenſus fidei, quod eius obiectum formale eſt, illud non eſt Deus ſub ratione diuinitatis præciſe, ſed primæ veritatis & quidem reuelantis, ſic vt reuelatio partem obiecti formalem faciat & non conditionem, nihil refert qualis ſit, vel priuata, vel publica, vtraque ſufficere poteſt, ea tamen cui fides noſtra innititur, facta eſt vel Prophetis, vel aliis Eccleſiæ principibus, explodenda priuata reuelatio neceſſaria vt fidei actum eliciamus, obſcura debet eſſe quæ requiritur, ex parte rei reuelatæ formaliter ſumptæ, non autem ex parte reuelantis vel obiecti reuelati, quippe ſtare poteſt aſſenſus fidei cum euidentia in atteſtante, etiam poſitâ notitiâ euidenti quod Deus ſit ſumme verax, de eodem poteſt haberi fides & ſcientia, fateor quidem vt nunc res ſe habet aſſenſui fidei noſtræ coniunctam eſſe obſcuritatem, tum ex parte reuelati, tum etiam reuelantis, ſed hoc fidei eſſentiale non eſt, reuelatio virtualis & mediata ad eam non ſufficit, ipſa diuina veracitas, etſi formale ſit fidei obiectum poteſt etiam eſſe materiale, Deo loquenti quis adhærere formidabit, cum nec falli, nec fallere poſſit, quacumque facta hypoteſi, alioqui parum firma eſſet fidei noſtræ certitudo, quæ tamen tanta eſt vt ei ſubeſſe falſum nequeat.

PROPOSITIO rei credendæ debet præcedere omnem fidei aſſenſum, ad quem requiritur expreſſus voluntatis actus in entitate ſupernaturalis, cui correſpondet aliquis habitus in voluntate ſpecialis & diſtinctus, prius determinatur intellectus ad ſpeciem quam ad exercitium, ſed ante requiritur iudicium de credibilitate rerum credendarum, ac motiui, ſcilicet quod Deus loquatur, quæ credibilitas debet eſſe euidens, probabilis non ſufficit, à fide non oritur tale iudicium, ſed à motiuis quæ Theologi nuncupant credibilitatis inter quæ emicant, ſanctitas authoris noſtræ religionis, nempe Ch. D. puritas doctrinæ quam continet, via qua diſſeminata eſt non vi non armis, ſed humilitate, patientia & ſanguinis martyrum effuſione, quæ omnia patefaciunt quantum Chriſtiana religio præ cæteris effulgeat, & quam aliis anteponenda, cum prudenter iudicando nullus ab ea poſſit eſſe alienus. Non ſufficienter vnitati fidei ac loquelæ Chriſtus prouidiſſet, niſi iudicem controuerſiarum quæ poſſunt occurrere ſubminiſtraſſet, hoc hæretici volunt, ſed iudicem ſcripturam faciunt, vt dum eius ſenſum attigiſſe glorientur pertinacius hæreſim foueant, Eccleſiam nos volumus, à qua in obſcuris illuſtramur eſt enim in ſole poſita, in dubiis firmamur errare enim non poteſt, à priuatis retrahimur opinionibus, huic enim præſtandum obſequium: propria eius acceptio eſt pro cætu fidelium in vero Dei cultu inter ſe communicantium, recte eam definit Sanctus Cyprianus *plebs Sacerdoti adunata & paſtori ſuo grex adhærens.* Vnde non admittit hæreticos ſine duce palantes, ſiue publicos, ſiue occultos, non Schiſmaticos, nec excommunicatos; ſuo ſinu vt cumque fouet Catechumenos iam credentes licet non tanquam perfecta membra, vt pote baptiſmo deſtituta per quem in eam fit ingreſſus, alios fideles baptiſatos, ſiue prædeſtinatos, ſiue reprobos, ſiue iuſtos, ſiue peccatores complectitur, eſt enim area Math. 3. ſimul congregans paleam & triticum, Apoſtatas Iudæos, Ethnicos reſpuit: actus fidei vltimo reſoluitur in diuinam authoritatem reuelantem.

HABITVS fidei eſt à ſolo Deo tanquam à cauſa efficiente, proximum eius ſubjectum eſt intellectus, remotum poteſt eſſe quælibet creatura intellectualis, niſi peculiaris ſtatus impediat, qualis eſt beatorum à quibus omnis fides exulat, ad cæteros viatores extendenda eſt, Angelos in ſtatu viæ, primum hominem in ſtatu innocentiæ, ad animas in Purgatorio, non ad damnatos in inferno, aut hæreticos in infidelitate ſua commorantes, nam qui diſcredit in vno factus eſt omnium reus, aſſenſus fidei quo intellectus firmiter rei reuelatæ adhæret eſt in entitate ſupernaturalis, ſicut & actus voluntatis imperantis huiuſmodi actum, cæteri actus qui ſane non pauci debent præcedere, poſſunt eſſe naturales: habitus fidei non eſt diſcurſiuus, & tamen certior eſt quovis habitu naturali certitudine medij ac ſubiecti, non obiecti, fides, alia eſt formata, alia informis, quas tamen diſtinguere eſſentialiter nihil cogit, prioris forma eſt charitas, ſed extrinſeca, non intrinſeca, prior meritoria eſt de condigno poſterior de congruo tantum, ſemper fuit omnibus neceſſarius ad ſalutem neceſſitate medij fidei habitus, non eſt autem idem dicendum de actu eiuſdem virtutis, qui nec infantibus, nec adultis in infantia ab originali peccato purgatis eſt neceſſarius, ſed tantum adultis nondum iuſtificatis, tum ad ſanctitatem, tum ad ſalutem obtinendam, qualis autem debuerit eſſe dubitatur; prolege tum naturæ, tum Moſaïca neceſſe fuit adultis neceſſitate medij credere explicite quod Deus ſit, & quod ſit remunerator bonorum operum, non autem Trinitatem & Incarnationem: In noua vero lege pari neceſſitate credenda ſunt explicite hæc duo myſteria, ex præcepto vero Symbolum ſaltem quoad ſubſtantiam: circa fidem recte ſtatuuntur quatuor præcepta duo affirmatiua, negatiua duo, illorum altero præcipitur internus fidei actus, & obligat vbi facta eſt ſufficiens myſteriorum propoſitio, altero exterior confeſſio imperatur, quod non in omni caſu obligat, ſecus duo negatiua, nunquam enim licitum eſt fidem negare, non corde modo ſed nec ore, infidelitas negatiua in infidelibus non eſt peccatum, non licet cum hæreticis communicare in religione, aut cum eis cuilibet diſputare.

LEX nihil aliud eſt quam quædam rationis ordinatio ad commune bonum ab eo qui curam communitatis habet, naturalis eſt vel poſitiua, prior ſita eſt in naturâ rationali præciſe, poſterior in ſolo actu intellectus, ambæ in hoc conueniunt quod obligent affirmando & negando ſub reatu pœnæ & culpæ, differunt quod naturalis non poſſit malum permittere, ſiue negatiue, ſiue poſitiue, poſitiua contra, ad cuius ſubſtantiam pertinet promulgatio: non modo prima propoſitio practica, ſed etiam quæcumque ab ea deriuantur neceſſario ad legem naturalem pertinent, modus quo quis operetur ſciens & volens cadit ſub præcepto eius affirmatiuo non negatiuo, ſub neutro cadit agere ex charitate vel iucunditate, mutari poteſt per additionem non per detractionem, in eam non cadit interpretatio per Epieikiam, non diſpenſatio nequidem ex parte Dei, multoque minus abrogatio, etſi deleri poſſit à cordibus hominum quoad aliqua eius præcepta, non tamen quoad vniuerſaliſſima: lex poſitiua diuina eſt vel humana, hæc Eccleſiaſtica, vel ciuilis, quas qui negaret æqui regiminis eſſet hoſtis, in vtramque cadit interpretatio proprie dicta, imo & diſpenſatio dummodo ſit à legitima poteſtate, qualis eſt idoneus legiſlator, eius ſucceſſor, aut ſuperior, diſpenſare ſinè cauſa licitum non eſt, & qui id præſtat peccare poteſt mortaliter, inualida eſt diſpenſatio, quæ à legiſlatore conceſſa numquam fuiſſet ſi ei nota eſſent quæ à petente falſo ſuppoſita ſunt, ſi concedatur ſine cauſa ex mero beneplacito legiſlatoris eâ poteſt vti quis valide non licite, lex humana actus pure internos non dirigit, ſi tamen cum externis coniuncti ſint neceſſario, aut ad eorum eſſe quoddam morale, requirantur eos præcipere poteſt, vt attentionem in recitandis horis canonicis, debet iis verbis exprimi quæ clare legiſlatoris mentem aperiant, promulgationem poſtulat, iuxta ſpeciales communitatis aut tribunalis vſus neceſſariam vt ſubditis innoteſcat, ſub peccato morrali obligare poteſt, quod ex variis indiciis colligitur, non poteſt præcipere quoſlibet virtutis actus, nam contra poteſt bonos prohibere, legiſlator in materia leui, etſi explicite intendat, nequit obligare ſub culpa mortali, in materia vero graui ſub veniali tantum obligare volens intentum non obtinet, poteſt vno & eodem actu pluribus ſatisfieri, communiter non obligat ſub graui periculo lex, poteſt tamen cum vitæ diſcrimine, nec raro ſic obſtringit.

LEX diuina duplex eſt vetus ceu Moſaïca, & noua ceu Euangelica, prior bona eſt quidquid reluctetur Manichæus, licet imperfecta eius author Deus quam Angelorum Miniſterio dedit, & Moſis ope promulgauit; finis eius remotus fuit, infœlicitas ſupernaturalis & præparatio ad Chriſti aduentum, proximus autem inſtituere populum Iſraëliticum in iis quæ ſpectant, non tantum ad naturalem rectitudinem, ſed etiam ad diuinum cultum, non ſolum actus externi, ſed etiam interni eâ præcepti ſunt, triplicis generis præcepta continebat, ſcilicet moralia, ceremonialia & iudicialia, ſolum populum Iſraëliticum obligabat, non modo potuit à Deo mutari ſed de facto mutata eſt & abrogata, etiam quoad præcepta moralia, vt veteri lege præcipiebantur, non deſijt obligare ante aduentum Chriſti, vel eius mortem, ſed cum emittendo Spiritum omnia conſummata ſunt, quippe commodius tempus non poteſt deſignari, nec videtur neceſſe rem ad Pentecoſtem vſque protrahere, ſtatim atque obligare deſijt ſublata eſt vis omnis eius Sacramentis (ſi quam habuerunt ex opere operato quod non credo) ac proinde inutilis extitit ac mortua, an vero ſtatim fuerit mortifera? grauis inter Hieronymum & Augſtinum controuerſia, priori etſi multa fauere videantur, præponderant tamen quæ poſterioris mentem fulciunt licuit ergo obſeruare legalia cum obligare & vtilia eſſe deſierant, imo & ex Apoſtolis aliqui ea obſeruauerunt; merito tamen S. Petro reſtitit D. Paulus vt ipſe narrat *ad Galatas 2.* quod totum ſerio & non fictè factum eſſe arbitror. Iam pridem mortifera fuit lex vetus, nec præcepto ſolum Eccleſiaſtico, aut Apoſtolico, ſed diuino, verum vnde initium ſit ſumendum, non eſt ita facile aſſignare, probabile credo ad 40. annum à Chriſti morte id referri poſſe, cum tunc ſufficiens fuerit legis Euangelicæ facta promulgatio. Lex Euangelica ab ipſo Chriſto lata, ab Apoſtolis promulgata, gratiæ donis copioſa, vere præceptiua eſt omnes omnino gentes obligat, in Pentecoſte ſolum obligare cœpit, vſque ad finem mundi duratura eſt, in eâ nullus diſpenſare poteſt niſi Chriſtus penes quem eſt omnis poteſtas, vt pote *qui poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine.*

Has Theſes, Deo duce, & auſpice Deipara, tueri conabitur CLAVDIVS CLEMENT *Subdiaconus Aurelianenſis, Baccalaureus Theologus,*
die Martis 26. Augusti ann. Dom. 1664. à ſexta ad ſextam.